buntur hiis generosus oppositus fuit Nulla terrestri protestatione in premissis obstante.

Brathkowski tenetur Liesnowski Venatori terre Leopolien.

Comparens personaliter Coram officio et actis presentibus Castren. Premislien. Nobilis Szienko Brathkowsky in Lukawicza heres suis ius heres A terrestribus districtibus iuribusque suis quibuscunque propriis recedens a foro Competenti renunciando Huic vero iurisdictioni Castren. Premislien. se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum et effectum presentis inscriptionis attinet plenarie incorporando et subiciendo Sanus mente et Corpore existens publice palam libere ac per expressum recognovit Quia Generoso Baltazaro Liesznowsky Venatori terre Leopolien. et eius posteris Summam Triginta florenorum pecunie monete et numi polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus Computando veri certi liquidi mutui atque essencialis debiti tenetur et est debitus Quam quidem summam se Cum successoribus in et super bonis suis infrascriptis obligat et inscribit Predicto Generoso Baltazaro Liesznowsky vel eius posteris hinc pro die et festo Sancti Martini Pontificis proxime ventura Coram officio et actis presentibus Castren. Premislien. totaliter et in effectu dare Soluere reponere relinquere repositamque et relictam Iure suo ab eodem officio non excedere libere neque quouismodo per se vel submissas quasuis personas arestare Casu vero quo dictam Summam prefatam Triginta florenorum pecunie monete et numi polonicalis pro tempore supranominato idem recognoscens soluere neglexerit vel eius successores neglexerint Extunc debebit predictus recognoscens prout se presentibus eius

successoribus suis in bonis suis infrascriptis obligat et inscribit Memorato Baltazaro Liesznowsky Venatori terre Leopolien. vel eius posteris Intromissionem realem Cum actuali et pacifica possessione In bona sua videlicet Cmethonem et subditum suum bene possessionatum in sorte ipsius hereditaria in fundo et hereditate ville Lukawicza existen. quem sibi idem Generosus Baltazar Liesznowsky Cum successoribus suis elegerit interim dum ad eam acceptandam Cum Ministeriali et nobilibus duobus venerit dare et libere admitere Illamque nec per se vel submissas quasuis personas impedire et adimere Sub vadio Triginta florenorum pecunie monete et numi polonicalis Apprehensaque huiusmodi realis intromissione Cum actuali et pacifica possessione Per ipsum Generosum Baltazarum Liesznowsky et eius posteros Bona predicta videlicet Cmethonem et subditum memorati Szienko Brathkowsky hereditarium in sorte ipsius in fundo ville Lukawicza existen. quem sibi elegerit vel eius successores elegerint Cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinen. pertinen. fructibus Censibus prouentibus laboribus ac vtilitatibus quibusuis vniuersis nullis exceptis et exclusis Sed omnibus in genere et singulis in specie Comprehensis In summa Triginta florenorum pecunie monete et numi polonicalis tenen. habendum et possiden. a tempore accepte possessionis ad festum Natiuitatis Christi domini tunc proxime venturum Et in defectu prefate exemptionis ad aliud simile festum Deinceps vero de anno ad annum annis sese Continue sequen. vsque ad exemptionem et summe predicte omnimodam Comunicationemque persolutionem iuxta Cursum et Consuetudinem terrestrem.

Et debet ac tenebitur idem recognoscens presentis se cum successoribus
necnon bonis suis omnibus eidem Gnoso Baltazaro Lesznowsky
et eius posteris obligat et inscribit ipsum et eius successores in bonis predi-
ctis et ratione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica quarumli-
bet personarum sexus status ac conditionis cuiusvis existendi inscri-
ptionibusque quibusvis prioribus et posterioribus debitis vinculis
reformationibus cuiuscunque personarum factis seu faciendis tum cita-
tionibus convitationibus advitationibus sive notescendis lucris pluribus
vadiis triplicatis ac processibus quibusvis iudiciariis in eisdem
bonis perductis ac perducendis tot quoties opus fuerit tueri deffendere evin-
cere eliberare intercedere bonaque eadem semper et ubique munda
ac libera facere Nec ipsemet cum successoribus suis eidem vel eius
posteris possent eorundem bonorum quovismodo per se vel submissis
quibusvis personis impedire et adimere debet sub vadio Tri-
ginta florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis Preterea memo-
ratus Szenko Bratkowsky se ac suos successores necnon bonis
suprascripsificatis Predicto Baltazaro Lesznowsky et eius
posteris obligat et inscribit Putem inscriptionem ex suis actis Castren-
ad acta terrae Premisliensis intra decursum unius anni transferre
et transportare sub vadio Triginta florenorum pecuniae monetae
et numi polonicalis Pro quibus quidem vadiis seu vadiis ex quacunque
re et Causa succumbet et succumbent quoties se prenominatus Szenko
Bratkowsky Cum successoribus suis supranominato Baltazaro
Lesznowsky vel eius posteris Citare permiserit toties a terris

districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedendo ac foro Competenti
renunciando Coram presenti Castrensi Premisliensi officio Cui se ad ius
presentis respectu Cum successoribus ac bonis suis ultro subiicit et incor-
porat semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio sta-
re et comparere ac loco respondendo pro vadio pro quo Citatus vel eius
successores Citati fuerint ab officio non recedendo reipsa tot quoties neces-
sarium fuit satisfacere debuit et omne iudicatum pati tenebitur
et eius posteri tenebuntur Terminumque semper primum peremptorium
et alios subsequendos Causae et Causarum terminos Nullis mittendo
nec sumendo dilationibus ad quietem maximeque ex dicto vel vera vel sim-
plici infirmitatibus actione pro maiori ac aliis omnibus exquacunque
Causa tam de iure quam Consuetudine concedi et admitti solitis
legalibusque quibusvis impedimentis differendo prolongandoque solutionem
vadii seu vadiorum et satisfactionem inscriptionibus presentibus nullis remediis
iuris neque repositione predtrium et tertium marcarum evadendo Tum iudi-
cialibus quibusvis nullas motiones cum appellationibus faciendo et interponendo
nec ad easdem prosequendas iudicem et partem adcitando Sine se Cum
successoribus suis omnibus iuris remediis evasionibus praescriptionibus
suspensionibus ut abrenunciando Sue et suorum successorum sub
amissione totius Causae vel solutionis vadii seu vadiorum quo vel
quibus solutis ubique inscriptionem presenti et omnibus eius contentis satis-
facere tot quoties opus fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Nulla
terrae praescriptione tenu abusa inscriptionibus in singulis omnibus ob-
stante Quod memoriali firmatum est.